

Notes du mont Royal

www.notesdumontroyal.com



Cette œuvre est hébergée sur « *Notes du mont Royal* » dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES

Bibliothèque nationale de France

LVCIANI DIALOGVS, CVITITV
lus Vitarū, seu philosophorum auctio, nunc
primum latinus factus Nicolao Beraldo in
terprete.

PLVTARCHI LIBELLVS DE VI
tanda Vſura, e græco verſus, interprete Bili
baldo Nurembergensi.

Nicolaus Beraldus humanissimo, ac doctissimo Iurisconsulto
Petro Stellæ. S.P.D.

V Ideo eximiam istam tuam doctrinā a multis passim
laudari Stella mi candidissime. Audio singularem
quandam in exponēdo Tum ciuili, Tum pōtificio
iure dexteritatem in te non mediocriter cōmendari.
Ego vero animi iustius integritatem, probitatem, hu-
manitatem et admiror plurimum, & vbiq; prædicare nō defino.
Scio q̄ sis in recipiendis amicis cautus, in tetinendis conitans ac
pertinax. Amorem certe erga me tuū, ac raram quandam bene-
uolentiam ac fidem abunde testatur egregium tuum de me testi-
monium, ac laudes (pene dixerim) immōdicę, quibus me non or-
nasti modo sēpius, sed cumulaſti, sed oneraſti, sed (vt vere dicam)
obruisti. Quas etsi neq; agnosco quidem, neq; postulo, vt qui me
ipse non nesciam, eo tamen amplector libentius, ac conuiueo, quo
magis te nostri studio labi ac cęcutire video. Quare cum toto hoc
triennio in gręcis literis versatus, vertere et ipse aliquid instituissem,
tuo q; nomini inscribere, quo aliqua saltem ex parte animo illi erga
me tuo, beneficentię q; satisfacerem, incidi forte primū in Luciani
dialogum, cui titulus est de saltatione. Quem cum nouitate inscri-
ptionis illectus studiose primum ac diligēter totum legissem, nec
elegantia modo in eo, ac copiam (Id enim in Luciano perpetuum)
sed doctrinam etiam singularem, ac multiplicem deprehēdissem,
visum est periculum facere ecquid præstare possem in hoc interpre-
tationis genere, quod ad eruditionis gręcancę studium aliquan-
do nostros expergefaceret. Aggressus itaq; non destiti prius, q̄ a
carcere (quod dicitur), ad metam vsq; peruenerim, opusq; ipsum
nescio q̄ vel feliciter: vel fideliter, magno certe sudore latinum fece-
rim. Absoluto idcirco, atq; impreſens seposito dabā, vt ille inquit,
ocium: cum antiquarum lectionum libri paulo ante a Cęlio nescio
quo editi, ab eruditissimo quodam viro ad me mittūtur. In iis q̄
eius dialogi bonam partem latinam factam animaduertissem, & si
exhausti laboris me non admodum pēniteret, supprimendi ta-
men operis q̄ primum cępit impetus, nimirū veritū, ne malignus
lector aliena compilasse me diceret, eq; alieno sudore laudē capta-
re. Alterum itaq; breuiorem quidem illum, sed iucundiorē mul-
to, multoq; festiuiorē aggressus, pomeridianis horis aliquot la-
tine (vt spero) dilucideq; interpretat⁹ sum. Cui adieci haud ita mul-
to post Plutarchi opusculum de varia multipliciq; amicitia, quod

et nunc simul editū foret, si doctissimi Budei nostri iudicio, ac (ut ve-
rius dicam) oraculo uti in ea re licuisset. Nam nunc quidem abesse
is, ruriq; agere cū tota familia dicitur, quo incōsulto plane nephas
puto non a me modo, sed abs quoq; e nostris alio edi quidq; i hoc
genere, ac inuulgari. Authoris vero eiusdem cōmentariolum, cui
titulus est non debere quempiam fenerari, sed sua q̄tulacūq; for-
te contentum agere, ut adderemus, effecit insignis ac recens vrbis
velitrę casus, q̄ nuper odiosa ac inexplebili τῆνος τοῦ Δαυείου τοῦ
(ita enim dicebatur) cupiditate, milerādę vero plebis tribus que
relis, ac cęco tumultu tota propemodum perierit. Adeo nihil
est, quod non mortalia pectora cogat Auri lacra fames. Accipe
itaq; Stella mi candidissime, hasce gręcanici studij nostri primiti-
as, ac plenioris iulliorisq; operę in vertendis gręcorum scriptis ceu
de gustamentum hoc primum, sed ea fronte, qua me istic anno su-
periore excępisti, quaq; animi pręsentia mihi te, tuaq; omnia libe-
ralissime obtulisti. Nostra vero legens memento te Lucianum non
sua, sed aliena lingua, ac velut alieno sub cęlo loquentem audire.
Nam atticū illum leporem latina hęc nostra Διαλεκτος assequi
quipotest.

Vale.

Argumentum sequentis dialogi.

Philosophos suo more ridet Lucianus, eosq; vęnales seruos facit;
Ioue quidem vendente, at agente pręconem Mercurio. Perle-
ge lector, si ridere vis simul, & sapere.

Philosophorum seu vitarum auctio, latina facta
Nicolao Beraldo interpte. Interloquuntur Iup/
piter. Mercurius. Emptor. Iuppiter.

V quidem scamna dispone, locumq;
prepara venientibus. At tu adductos
huc philosophos in catasta statue, sed
comptos prius, vt pulchri, decentesq;
appareant, multosq; inuitent empto
res. Tu vero Mercuri preconem age,
et, quod recte feliciterq; cedat nobis, emptores ad fo
rum conuoca, q̃ primum vt adſint, quando philosophos
cuiusuis generis, atq; instituti addicturi sumus. Porro
ſiquis preſenteis nummos non habeat, ſoluet poſtea da
to prius fideiuſſore. Mercurius, Adſunt quidem multi
a nobis neutiq; diutius remoradi. Iup. Vendamus igitur.
Meru. Quē vis primum omnium adducamus?
Iup. Comatū hūc iōnicum. Nam auſterum neſcio qd
preſe fert, ac veneran dū. Meru. Hūccine Pythagori
cum dicis? Deſcēde tu ergo, teq; ijs qui cōuenerūt pbe
conſpiciēdū. Iupi: Age clama. Meru. Vitam optimā
vendimus ac grauiffimam. Quis emptor erit? Quis
ſupra hominem ſapere vult? Quis noſ ſeu niuerſi Har
moniam? Quis reuiuiſcere? Emptor. Hic quidem non
vtiq; ingeneroſa eſt facie. Sed quid nouit potiſſimum?
Meru. Arithmetica, Aſtronomia, pdigioſa
doctrina, Geometria, Muſica, diuinationem.
S ummum certe vatem vides. Emptor. Licet ne homi
nem interrogare? Meru. Interroga tu bonis (quod di
citur) auibus. Emp. Cuias es tu? Pythagoras. Samius.
Emptor. Vbi eruditus? Py. in Aegypto, ab ijs, qui Ae
giptum incolūt, philoſophis. Emp. Age vero, ſi te eme

ro, ecquid me docebis. Pyth. Nihil docebo, sed reminisci faciam. Emptor. Quomodo tadem? Py. Quam tuam ipsius animam expurgauero, ei que sordes omnes elue ro. Emp. Sed fac me purgatum esse. Quam ratione id efficies? Pyth. Primum omnium quiete silentioque opus est diuturno, perpetuoque annorum quinque taciturnitate. Em. At tibi o bone melius sit Crete bone filium instituere. Nam quod ad me attinet, loqui ego, non autem statui instare, perpetuo silere volo. At quid post tam diuturnum tamen quinque mensium silentium? Pyth. In musica, Geometriaque exercere. Emptor. Belle dicis. Siquidem citharædum prius, dein philosophum esse oportet. Pyth. adhuc numerare etiam. Emptor. Et iam quoque scio numerare. Py. Quomodo numeras? Emptor. Unum, duo, tria, quatuor. Pyth. Vides ne ea que tibi quatuor esse videntur, esse decem? absolutumque quempiam ex istis trigonon fieri, ac iusiurandum nostrum? Emptor. Nunquam herde iuramentum hoc quaternarium audiui, neque sermones eiusmodi sacros ac diuinos. Pyth. postea scies o hospes, quænam sit terræ aeris, aque, ac ignis vectatio, & qua sint formæ, quoque modo moueantur. Emp. Est ne aliqua igni, aeri, aque forma? Pyth. Et manifesta quidem. Neque enim informia ac sine figura moueri possunt. Nosces præterea deum & numerum esse & harmoniam. Emptor. Mira dicis. Py. Adde his, quod alium videri, aliud vero esse testes scies, qui unum esse te putas. Emptor. Quid ais, alius nesum, non hic qui te alloquor? Py. Nunc quidem is qui es, at quoddam alio corpore, alioque nomine videbare, atque itidem olim in aliud transibis corpus. Emp. Hocci ne ais? Immortalem fore me in varias mutatum formas?

Sed de his satis superque. Quenāvero tibi victus ratio? Py.
Ex animātibus nullū comedo, ab alio nullo, nisi a fa-
bis, abstīneo. Em. Cur vsq; adeo a fabis abhorres? Py.
Non abhorreo ego, sed sacrum quiddā sunt, mītaq; eorū
natura ē. Nā primū quidē nil aliud q̄ semē sunt. Quod
si viridē adhuc fabā exueris, videbis pudendis, virili-
busq; nescio quid simile. Decoctam vero si noctibus ali-
quot lunę exposueris, sanguinem ex ea facies: quodq;
maius Atheniensibus mos est fabis magistratus eli-
gere. Emptor. Pulchre omnia ac plane diuinitus dix-
ti. Cæterum exuitor, quando nudum te videre cupio.
O Hercules aureum est huic femur, non homo est, sed
immortalis quispiam deus esse videtur. Quapropter
eum omnino emam. Quanti eum facis? Mercurius.
Decem Minis. Em. Ego tanti emo, præciū accipe Iup.
Scribe emptoris nomen simul ac patriam. Mercurius.
Italicus quispiam esse videtur o Iuppiter nimirum ex
ijs qui Crotonem, ac Tarentum, ac magnam græci-
am incolunt. Quamq; non vnus, sed pene treceti eum
sui commodi gratia emerint. Iuppiter. Abducant il-
lum, nosq; alium euocemus. Mercurius. Visne squalli-
dum illum Ponticum? Iuppit. Prorus. Mercurius. q̄
peram ex humero suspensam gestat; descende. Ad: ac
sedes has circumi. Vitam virilem vendo, vitam optimā
generosam ac liberam vëdo, philosophum liberū quis
emet? Emptor. O præco quid ais tu, vendis hominem
liberum? Mercurius. Vendo ego. Emptor. Deinde ni-
hil times ne plagij accusatum in Areopagitarum iudi-
cium quis te vocet? Mercurius. Nihil hic auctorem cu-
rat, quoniam se omnino liberum esse putat. Emptor.
Quiseo vtī velit vsq; adeo sordido atq; infelicitè iacen

ti, nisi fossorē eum, aut lixam quis forte facere velit.
Mercurius. neq; id modo, sed & si atriensem eū p̄ do-
mus vestibulo statueris, quouis cane fideliorē eū in-
ueneris. Est. Huius canis nomen. Emptor. Cuias? quā
ue artem proficitur? Mercuri. Roga tu hominem. Ita-
enim optime feceris. Emptor. eius timeo austeritatē ac
trifliciam, ne me adlatret accedentem, ac per Iouē mor-
deat. Videsne ut is baculum sustulerit, contraxerit sup-
cilia, ac iracundū quiddā minabundūq; aspiciat. Merc.
Ne time, mansuetus est ac benignus. Em. Hoc primū
o optime. Cuias es? Dioge. Vnde uis. Emp. Quid ais?
Dio. Mundi ciuem vides. Em. Imitarisne quempiam?
Dio. Herculem. Emp. Cur tu itaq; leontinā (ut ille) pel-
lem nō induis? Nā baculo quidē illi nihiles dissimilis.
Dio. Penula hęc mihi leontina pellis est. Pugno vero
ut ille, adūsus voluptates, sed vltro & anemine iussus, ut
q; vitā malim expurgare. Em. pulchrū ita me deus amet
Institutum. Sed quid te nosse dicemus? aut quā artē te-
nes? Dio. liberator sum hoīm: & morboꝝ animi medi-
cus. Veritatiscq; oīno ac libertatis ppheta eē cupio. Em.
Age o ppheta. Ceterū si te emero quo me tandē mēdo
docebis? Dio. Primū qdē te adsumēs, & delicias exuēs
tuas, teq; i egestate claudēs penula induā. Post labora-
re cogā humi dormientē & aquam bibentem, teq; nō
exglitis, sed obuijs primū edulijsexplere. pecunias vero
si q̄s habeas auctore me i mare p̄ijcies. vxorē nō cura-
bis, nō liberos, nō patriā, tibiq; ea oīa nūq; videbūt.
Relinquēs veropaternā domū, aut sepulchrū aliquod
habitabis, aut desertam turrīm, aut etiā dolium.
Per a vero tibi erit lupinīs plena, librisq; intus & in ter-
go scriptis, atq; ita maximis regibus feliciorē esse te,

dices. At te si quis aut flagellet, aut torquat, eorum nihil esse tibi durum molestumque existimabis. Emptor. Quid ais? Flagella mihi nihil fore dura ac molesta. Neque enim testudinis aut carabi corio tegor. Dio. Euripidis illud, paucis mutatis, imitaberis. Empt. Quid tandem? Dio. Mens quidem tibi dolebit, at lingua nequaquam. Tibi vero adesse hæc debent. Impudentem te esse oportet ac audacem, cunctisque & principibus & priuatis conuiciari. Eo enim modo te suspiciet, magnanimumque esse conicient. Barbara vero tibi vox erit, absconditaque locutio, ac plane canina, facies intenta, Ingressus vero eidem conueniens. Ferina denique agrestiaque omnia. Pudor vero, equitas, modestiaque procule esto. Ruboremque omnino e fronte deradito. Hominum conuentus ac conciliabula, nudinaque sequere, Inque ijs solus atque incommunicabilis esto, non amicum, non hospitem quæpiam admittens. His enim fere magistratus soluitur. Cunctis vero videntibus ea audacter facito, quæ nemo solus, priuatimque faceret. Venerem quoque tibi quæ maxime ridiculam eligito, ac denique vel Polypum, si tibi videtur, crudum, sepiamue comedens morere. En tibi nos hanc felicitatem conciliamus. Em. Apagesis. Scelestæ enim sunt hæc, non humana, quæ dicis. Dio. Sed quæ maxime facilia o noster, & ad quæ cuius peruenire promptum sit. Non enim eruditione non studijs tibi, nugisque eiusmodi opus erit. Sed breuis compendiarique hæc tibi ad gloriam via fuerit. Nam seu priuatus agas ac tinctor coriarius falsamentariusue, aut faber, aut nummularius, nihil omnino prohibebit te esse admirabilem modo non desit impudentia, atque audacia, recteque in quæuis opprobria laetare dicis.

diceris. Empt. Nihil mihi profecto in hac re tua opera
opus est. Naclerus vero forte, aut olitor per opportune
fueris, si hic duobus ad summum, obolis vendere te mi-
hi uelit. Mer. Hunc tu accipe. Nihil enim iucundius no-
bis, q̃ ab obturbatore esto, clamosoq; ac maledico li-
berari. Iuppit. Aliū voca Cyrenēum illum purpuratū
ac coronatum. Mer. Adeste cuncti atq; diligenter au-
scultate. Est hæc qd̃ sumptuosa res, ac diuitibus aptis-
sima. Vita hæc est suauis ac ter beata. Quis delicias expe-
tit? quis delicias summas emere vult? Emptor. Veni tu
& dic quid nosti. Ego enim te emam, si quidem utilis
mihi fueris. Mer. Ne obturba, quæso, hominem o-
ptime, neq; interroga. Parum enim sobrius est, neq;
tibi quidq; commode responderit, vt qui lingua sit lu-
brica (Vides enim) ac titubante. Emptor. Ecquis sanus
corruptum hūc ac neq; seruū emerit? Quæ verp̃ vni-
guenta olet? Vt lubricum quiddam icedit? Verum dic
tu. Mer. Quid nouit hic potissimum? Mer. Est
hic omnino quidem in victu dexter, compotationibus
q; ac comessationibus tibi quicq; maxie idoneus, aptis-
simus profecto amatori cuiuspiam ac perditō domino. p̃-
terea cōdiendorū bellariorū egregie gnatus, obsonator
q; expientissimus, atq; oīno voluptatis iucundiorisq; vi-
tæ p̃fessor eruditus quidem est athenis, seruit vero ty-
rannis siculis, a quibus vehementer colebatur. Institū-
ti vero eius caput est omnia contemnere, omnibus vti,
ac voluptatem vnde cūq; venari ac expetere. Emptor.
Querendus tibi quispiam alius ex opulentis istis opti-
meq; nūmatis hominibus, quando ego emede hūc
vitæ hilari haud sum idoneus. Mercurius. Ociosus quā

tum video O Iuppiter nobis hic supererit. Iuppiter. Traducito hunc atq; alium adducito, Immo vero duos istos. Nempe ridentem illum ex Abderita, & flentem alterum ephesium. Nam utrumq; simul vendere certum est nobis. Mercurius. Descendite huc, atq; in medium procedite. Optimas vitas vendo, sapientissimos omnium philosophos vendo. Emptor. O Iuppiter quæ est hæc varietas? Hic enim ridere non cessat, alter vero lugere quempiam videtur. Iugiter enim atq; ubiq; lacrymas fundit. Quid hæc O noster sibi volunt? Quid rides? Democritus. Rogas? Quoniam quæ agitis vos ridicula mihi videntur omnia, vosq; præterea ridiculi. Emptor. Quid ais? numnam nos omnes rides, nostraq; omnia usq; adeo parvipendis? Democritus. Ita habet. Serium enim in eis nihil. Inania vero cuncta, atomorumq; abundantia, infinitaq; multitudo. Emptor. Non ita quidem, sed tu, vt vere dicam, inanis es, ac plane imperitus. O quæ est hæc contumelia? haud vnq; ridendi finem facies? Tu vero quid fles o optime? multo enim melius puto te alloqui. Heraclitus. Quoniam o hospes miserandæ mihi res cunctæ mortalium esse videntur, nihilq; in eis esse non fragile, idcirco me miseret vestri, & præsentia haud quæ mihi magna videntur, futura vero omnino misera. Dico vero conflagrationes atq; vniuersi calamitatem. Horum idcirco mereor. Nempe quod nihil est in eis stabile, sed

cuncta miscentur inter se ac conuoluuntur, ac nihil
differt voluptas a molestia, peritia ab imperitia, ma-
gnum a paruo, & sursum deorsum circumcurrentia,
& vltro citroq; ceu in aëri huius ludicro transeuntia.
Emptor. Quid est æuum? Heracitus. Puer
ludens talis, ac contendens. Emptor. Quid
sunt homines? Heracitus. Dij mortales. Em-
ptor. Quid dii? Heracitus. Homi-
nes immortales. Emptor. Enigmata dicis.
O noster, & griphos connectens quemadmodum &
Apollo nichil, vt vere dicam, explicas. Hera-
clitus. Nam vos omnes ne pili quidem facio.
Emptor. Nemo itaq; sanus te emerit vnq;
Heracitus. Ego vero omnibus gregatim flere ius-
beo, ementibusq; & non ementibus. Emptor.
Hoc malum haud multum distat ab insania, quapro-
pter neutrum horum emere certum est. Mercuri-
us. Inutiles & ij nobis super sunt. Iup-
piter. Tu alium vende. Mercurius. Athenis
ensem ne illum facundum hominem? Iuppiter.
Prorsus. Mercurius. Huc ades. Vitam bo-
nam & prudentem vedimus quis emet sanctissimum
hunc philosophum? Emptor. Dic mihi, quid
maxime nosti? Socrates. Pueros amo, per-
bellesq; amoris numeros omneis teneo. Emptor.
Qui igitur emante, qui paedagogo egeam formos-
sissimi mi filij? Socrates. Exquis me vnq;
aptius formoso cuipiam puero adesse possit?
Nam non ego amo corpora, sed animam te pulchram

puto, siquidem & si mihi formosissimi p-
tur, ac sub eadem stragula iaceant, audies
se nihil a me pati affirmantes. Emptor. C-
redet: scilicet cum pueros ames, nichil
mam curare? Presertim in tanta licenti-
dem lecto iacentem? Socrates. Iuro equi-
nem, & platanum, hæc ita esse. Empto-
quodnam est hoc iussurandum. quæ uet-
ditas? Socrates. Quid ais? Putas ne can-
esse, nescis quibus sitis egypto Anubis, in celo
inferos Cerberus? Emptor. recte dicis, a-
ram, sed quam tandem vitam agis? Socra-
hi ipsi ciuitatem condidi, habito. Repub-
peregrina utor, & mihi ipsi leges facio. Ei-
quod ex tuis placitis audire cupio. Socra-
num quidpiam quod de feminis sentie-
nullam ex eis unius, sed cuiuscunque esse c-
Quid ais sublatas ne leges de adulterio:
ueni, a omnem de eis curam, inanemq
Emptor. Quid vero de formosis tempe-
exis sumas? Socrates. Osculum iij præmij
ob egregium aliquod ac memorabile fa-
bunt. Emptor. Papæ, quæ hæc est liberali-
quodnam est tuæ huius sapientiæ caput?
& horum omnium exemplaria. Nam eo-
quæ vides, terræ, atque eorum quæ super te-
li, maris, imagines quædam sunt occulte
sum. Emptor. Vbi sunt? Socrates. Nusq-
sent, non essent. Em. Nō video hæc, quæ c-
So. Nil mirū. cecus es meis oculis, ego

gines video, teq; ipsū inuisibilem, & me alium, et om-
nino gemina omnia Emp. emendus es igitur sapiens
vsq; adeo qum sis, atq; acuta acie. age quanti, aut quid
ame precii petis? Mer. da duo talenta Emp. Emi ego
quanti dicis. argentum vero iterū psoluā. Mer. quod est
tibi nomē? Emp. Dioni syracusano. Mer. age accipe id
quod tibi cēdat feliciter. Epicureū te voco: Quis eme-
re hunc vult? Est hic quidē ridētis illius discipulus, itēq;
ebriosi alterius, quos paulo ante indicabā. Porro vnum
quiddam plus illis nouit, quatenus impius magis est.
Cetera iucūdus, & gulę amicus. Emp. Quanti? Mer.
Duabus minis. Emp. accipe. at videā oportet quibus
nā potissimū eduliis gaudeat. Mer. Dulcibus maxime
gaudet atq; mellitis, maxieq; expetit caricas. Emp. Fa-
cile hoc. emam itaq; illi ficū massas. Iup. Alium voca,
illum. s. dera sum & seuerum stoicum. Mer. Recte dicis.
Nam multi eorū qui ad forum conuenerunt, eum ipsū
expectare videntur. Ipsam veritatem vendo, vitam per-
fectissimā vendo. quis vnus oīa nosse vult? Emp. Quid
hoc? Mer. Nempe quod solus hic sapiēs, solus pulcher,
solus iustus, fortis, rex, rhetor, diues, legislator. Deniq;
quid nō? Emp. Numnam o bone & cocus solus est? &
per iouē tictor coriarius, faber, atq; id genus alia? Mer.
Ita videtur. Emptor. Veni o bone ac michi emptor dic
qsnā sis, atq; illud quidē primū, numnam graue tibi sit
qd venalis sis ac seruus. Chrylippus. nequaq;. Nā hęc
in potestate nostra quidem non sunt. Porro quęcūq; in
potestate nostra non sunt, indifferentia esse necesse est.
Emp. Nescio quid dicas. Chrysi. quid ais? nescis quod
quędam sunt proegmena, alia vero rursus apoproeg-
mena? Emp. Ne nūc quidem itelligo. Chrysi. Nil mirū

precipua
producta
relicta.

συμβα-
μα.
παρ-
συμβα-
μα

Griphí &
enigmata
ridicula.

vt qui eiusmodi nominibus nostris affuetus non sis,
neq; comprehendēdi vim habeas Studiosus vero quis
piam, atq; in logica speculatione versatus, non tantum
modo hęc nouit, sed & quid sit accidēs, & quid præter
accidens, quidq; & quantum inter se differant. Em-
ptor. Ne graueris per philosophiam obsecro hęc ver-
ba nobis exponere. Nam nescio quo modo obsu-
pui eiusmodi verborum sono. Chrysippus. Perliben-
ter quidem, citraq; inuidiā omnem. Nam si quis dau-
dus eo ipso quo claudicat pede in lapidem forte impe-
gerit, ac vulnus aliquod ex occulto acceperit, habebat is
quidem cōtingens, nimirum claudicationem, vulnus
vero quod postea accepit, præter contingens. Emp. O
mirum hominis ingeniū! Quid vero aliud potissimū
nostis? Chrysip. Verborū laqueos, quibus implicome-
cum differentes, atq; eorū ora obturo et ad silentiū adi-
go ceu iniecto illis freno. Hęc autem facultas celebratus
syllogismus vocatur. Emp. Hercules. Inexpugnabilis
cuiuspiā, ac violenti nomē dicis. Chrysip. Audi igitur.
Est ne tibi filius? Emp. quid nī? Chrysip. Hunc igitur
si forte iuxta fluuium errantem crocodilus deprehē-
dat rapiatq;, mox redditurū se tibi eūdem promittat.
Nempe si quid statuerit de reddendo tibi filio vere di-
xeris, quid eum dicēs statuissē? Emp. Rē queris haud
quaquā dictu facilem. Nam dubito vtro dicto filium req-
piam, verum tu per iouem respondens, mihi filium ser-
ua, ne prius occupatus a crocodilo voretur. Chrysip. cō-
fide. Nam alia mox ex me discēs haud paulo magis mi-
ra. Emptor. quē tandem? Chrysippus. metentem, do-
minantem, exindeq; electram, atq; obducta illum fa-

cie. Emptor. quemnam illum obductū, aut quam ele-
ctram dicis? Chrysippus. Electrā illam indytam Aga-
ménonis filiā, quę eadē simul & nouit & nō nouit. Nā
quē ei proxie adstaret Orestes ignotus adhuc, nouit qui-
dem Orestem ut qui frater eius esset, q̄ vero is Orestes
esset, ignorabat. Obductum vero illum, maximeq; ad-
mirandum sermonem audies. Nam hoc mihi respon-
de. Nosti tuum ipsius patrem? Emptor. certe. Chrysip.
Quid igitur si quem admoueam tibi velata facie, in-
terrogemq; Hunc cūne nosti? quid dices? Emp. nimirū
haud nosse me. Chrysippus. At qui erat is pater tuus.
Quare si hunc ignoras, patrem etiam manifesto igno-
ras. Emptor. Non quidem, at is si reuelata facie fuerit,
id quod res est, sciam. Ceterum quorsum tandem hęc
tua sapientię? aut quid tum potissimum facies, simul
atq; summum virtutis fastigiū fueris affecutus? Chry-
sippus. Circa primigenia versabor, diuitias dico, sani-
tatem, atq; id genus alia. Porro necesse est prius sum-
mum studio ac labore libris iis subtilibus icubuisse, scho-
lia congerere, ac solēcissimis absurdisq; verbis impleri,
quodq; precipuum est, haud fas est sapientem te fieri,
priusq; elleborum ter biberis. Emptor. Generosa hęc
omnia, planeq; virilia. Ceterum auarum: abiectumq;
esse ac feneratorum, adesse enim tibi hęc omnia uideo,
num nam eius esse dicemus, qui elleborum biberit?
aut absolutam quampiam virtutem fuerit affecutus?
Chrysippus. certe. Soli enim sapienti feneratorare licet. Nā
quum eius proprium sit munus, colligere, feneratorare vero
atq; vsuras supputare, haud multum a colligendo ab-
esse uideantur, manifestum hoc non minus sapientis es-
se, q̄ illud. Neq; hoc simpliciter quidem. Neq; enim ei

Scripsi

locus

locus

usuras modo accipere licet, sed usurarum etiam usuras.
Alioqui ignoras, ex usuris quasdam priores esse, quas-
dam posteriores: perinde atque illarum fetus. Iam vero
vides quid efficiat syllogismus. Nam si usuram primam
accipiat, accipiet & secundam. Atqui primam quidem
accipiet: accipiet ergo et secundam. Emptor. Eadem er-
go dicamus oportet de mercede, quam ab adulteranti-
bus accipis, quum manifestum sit sapienti soli virtutis
premiu loco esse. Chrysippus. Sapere incipis. Non enim
mea ipsius, sed dantis gratia mercedem accipio. Nam
quum ex hominibus hic profusus sit, ille contra continens
ac comprehendens, ego me ipsum quidem exerceo com-
prehensor ut sim, discipulum vero, ut sit profusus. Em-
ptor. Atqui contra dicebas discipulum quidem com-
prehensorem, te vero solum diuitem, effusum. Chry-
sides o noster. at vide ne syllogismo, qui demonstrari
nequeat, te cõfigam. Emp. ecquid ab iustis iaculis pe-
riculi grauis esse potest? Chry. perplexitas, silentiu, ani-
mi stupor, ac mentis euersio: quodque omnium maxi-
mum, Ego te, si uelim, esse lapidem conuicero. Emp. quo
modo lapidem? Non enim Perseus o optime esse uide-
ris. Chry. Hoc modo. Lapis numquam corpus est? Emp.
certe. Chrysippus. quid uero animal: nonne est corpus?
Emp. fateor. Chry. Tu uero an non animal? Emp.
Ita puto. Chry. Lapis igitur, corpus quum sis. Emp.
Non ita. sed resolue me per iouem obsecro, meque denuo
hominem ex lapide facito. Chrysippus. Haud difficile
id quidem. Sed tu homo iterum esto. dic mihi. Om-
ne corpus est animal? Emptor. non. Chry. Quid uero la-
pis? animal? Emp. non. Chry. Tu uero an non corpus
es? Emp. sum. Chry. Corpus uero quum sis, an non es

animal. Empto. Certe. Chrysi. Non igitur lapis es, ani-
mal quum sis. Emp. O recte factum: Vt mihi huper cru-
ra ceu Niobes quondam, perfrixerant, ac pene laxea fa-
cta sunt. Emam te idcirco. Quantis Merc. minis duos-
decim. Emp. Accipe. Mercu. Solus ne eū emisti? Emp.
Non per Iouem solus, sed ij omnes quos vides. Mercu.
Multi profecto, validisq; humeris, ac metentis sermo-
ne digni. Iup. Ne cessa, alium accersere. Mercu. Peripate-
ticum te dico: te, inq; pulchrum, ac diuitē. Emite pru-
dentissimum hunc, rerumq; omniū peritissimū. Em.
Qualisnam est? Merc. Modestus, equus, victu tempe-
rans, quodq; omniū maximum, duplex. Emp. quid
ais? Alius ne extrinsecus, atq; intrinsecus alius? Merc.
Quare hunc si emeris, memento exteriorem hunc atq;
interiorē vocare. Emp. Quid vero nouit potissimū?
Mercu. Triplex bonū esse, anime, corporis, ac fortunę
Emp. Humana sapit. Quantis est? Mercu. Viginti mi-
nis. Emp. Magnū id quidem. Mer. Non o beate: eteni-
pecuniā quidpiā habere videtur. quare causam haud
dices, qui emas p̄tinus. Disces q̄primū ab eo etiā, quot
annos uiuat culex, quantoq; interuallo a sole distet ma-
ris pfundum, & quāenam sit ostrearum vita. Emptor.
quę hec est diligentia, atq; exacta doctrina? Mer. Quid
vero si & alia audias multa longe ijs acutiora? nimirum
de semine ac generatione, de hominis in vtero forma-
tione, & quod homo quiddā sit risibile, asinus vero ne
q; risibile sit animal, neq; fabricę aptum, neq; natatile.
Emp. Grauiissima hec sunt omnia, vtilesq; (quas dicis)
disciplinæ. Quapropter emo eū. xx. Mercurius. Esto.
Quis iam reliquus nobis factus est? Scepticus ille. Tu
o Pyrrhia adesto, vt q̄primū vendare. Effluit enim
b.j.

iam turba pene omnis, ac pauci iam admodum super sunt
quibus vendere liceat. Verumtamen quis emere & hunc
vult? Emp. Ego. Sed tu dic primum, quid nostis? Philoso.
Nihil. Em. Quomodo hoc abs te dictum est? Philoso.
Quoniam nihil omnino esse mihi videtur. Emp. Non
ne & nos quidam igitur sumus? Philo. Ne id quidem scio.
Emptor. Neque te quempiam esse? Philo. Multo etiam id
magis nescio. Emp. O quae haec est dubitatio. Quid haec
vero sibi volunt statere? Philoso. Appendo in eis ratio
nes, atque ad aequilibrium reduco, quumque vehementer
similes equalique pondere, eas esse video, tunc demum
ignoro utra sit verior. Emptor. Quid vero aliud opti
me facis? Philo. Omnia, nisi quod fugitivum comprehen
dere nequeo. Emptor. Cur id nequis? Philoso. Quoni
am o optime non comprehendo. Emptor. Nil mirum, nam
tardus segnisque quispiam esse videris. Ceterum quisnam
est doctrinae finis tibi propositus? Philo. Imperitia, ni
hilque neque audire, neque videre. Empto. Surdum igitur ac
cecum esse te dicis. Philo. Immo vero sine iudicio, ac sen
su, nihilque verme prestantior esse me. Empt. Emen
dus es itaque vel ob haec maxime. Quanti hunc facis?
Merco. Mina attica. Emp. Accipe. Quid ais o noster
Emi ego te? Philo. Incertum. Emptor. Incertum? Em
ptus quidem mihi es, dataque pecunia. Philo. Nondum
tibi assentio, sed hoc mecum tacitus ipse considero. Em
ptor. Atqui tu me quidem sequere. Vti servum decet. Phi
loso. Quis novit vera sint nec neque dicis? Empt. Prae
co, mina, quique adsunt omnes. Philoso. ad sunt ne hic
nobis aliquis? Emptor. Enimvero ego iam iam tibi i pri
vatum coiecto persuadebo dominum me tibi esse, teque
causa esse inferiorem. Philoso. Et de hoc dubito adhuc

ac nihil dū assentio. Empto. At ego iam per Iouem
Iudicauī. Merco. Tu quidē huic desine obloqui, ac cō
tradidere emptoremq; sequere. Vos vero in crastinum
vocamus. Vendituri enim priuatas, mechanicalq;, ac
forensis vitas sumus.

PLUTARCHVS DE VITANDA
VSURA EX GRAECO IN LATI
NVM TRADVCTVS.

Bilibaldus Pirckheymer nobili aceruditissimo
Viro Bernardo Adelmanfelden Eystetenſis ac
Augustanę ecclesiarum Canonico. S. D.

I. Socratis sententia est, vir clarissime, de
cere filios, quemadmodum in substan
tia relicta, ita & in paterna succedere
amicitia. Eam sepius reuoluēs, ac me
cum reputans, quo amore optimum
quondam genitorē meum prosequu
tus fueris, non possum te quoq; non amare, obserua
re, longe q; vel preciosissima re aliqua hereditaria cario
rem estimare. Igitur cum nuper tanq; usurarię prauita
tis hostis acerrimus, efflagitasses, vt Plutarchi com
metarium de vitanda usura, ex gręca in latinam verterē
lir. nam, quamuis id mihi, tot alicui curis degra
uato, cum ob Authoris facundiam, tum sentētiarum
grauitatem, difficillimum videretur, malui tamen pa
tendo temeritatis crimen subire, q̃ negando ingratitu
dinis vicio accusari. Negotium itaq; aggressus, eodem
& quidem perpetuo spiritu absolui: tametsi mihi ipsi
b.ij.

Notes du mont Royal

www.notesdumontroyal.com

Une ou plusieurs pages sont omises
ici volontairement.

lautissimi puolant. Tum & villicus curam coepit: ne cū
 curbitę siti areāt. Nos aut neq; dijs neq; hoibus cōmen
 datę cordi cuiq; sumus. Has ob res te iterū atq; iterū de
 precor, obtestor Mercuri: qui semp apud deos ip sorū
 interps extitisti: vt causam hanc meā iustissimā capias.
 Ad te cōfugio, te supplex oro: te ois spes mea sita est: at
 q; expectatio. Da q̄lo operā: ne si a vobis excludar, ipsis
 quoq; mortalibus sūm ludibrio. Erit quidem id ordinē
 deorum dedecus vt homunculi me tāetsi infimam deā
 floccipendant. MER. Audiui, dolet quidem, verum p
 vetere nostra amicitia vnū admoneo: durā nimis ac dis
 ficilē causam te aduersus fortunā suscepisse. Nā & Iup
 piter ipse vt ceteros deos omittam: cum ob accepta bñs
 ficia nīmū debere fortunę sentiat: tū & illius vires atq;
 potētā veretur. Ea ei ad celos dijs ascensum p̄buit: atq;
 vbi velit, valens sua armatorum copia eiecerit. Qua de
 re, si sapias, iter plebeios deos ignota q̄lo ad fortunę odi
 um extinctum sit: latebis. VIR. Aeternum lamentans
dum est: ergo nuda & despecta abeo.

FINIS.

Errata in officina impressoria sero animaduersa
 Fo. iij. pagina prima. Versu. vij. Cresi bone filiū, ex
 punge dictionē bonie. Versu sequenti. nō atū: scribe non
 aut. fo. iij. pag. i. prima versu. xvj. anemine iussus: scribe a
 nemine. fo. ix. pag. ij. versu. xxix. in pristinū coniecto le
 ge pistrinum. fo. xij. pag. prima. ver. viij. iuge daniscam.
 lege danistam. Eadē pag. versu. xvij. apud Athenienses
 solum lege Solon. Eadē pag. ver. xxv. rostrū contenden
 tes. lege cōdentes. & ve. sequenti. ex prorijs qd leg. pprijs
 & ver. xxvij. cathenis ac vniculis instructos lege. vniculis.